

denter illorum doctrinam de mysteriis hisce veram sanamque erit judicaturus.
 Quando vel *Augustana Confessio Art. V.* vel *Formula Concordia Sol. Declar. Art. 2.*
 p. 671. vel alii Theologi, suam Scripturæ S. efficaciam divinam non minus extra-
 sum, quam in usu, assertentes, Verbum DEI instrumentum vocant, non cōdēm in
 sensu ille sumendus terminus est, quam cum vel Rathmagnus, vel Fanatici, & qui
 alii Scripturæ S. efficaciam divinam denegantes, illo abutuntur. Tanti interest,
 ut inquiratur, quamnam in significatione adhibeantur à loquentibus voces, adeoque
 respiciatur, quis quid dixerit scripsitve. Proinde non sine omni utilitate futu-
 rum arbitramur, quando inquirimus in Auctorem ejus, ex qua hanc exarandi Dis-
 sertationem occasionem accepimus, Observationis. Eum vero esse opinamur Ce-
 leberrimum apud Hallenses) Cetum, Dn. D. Christ. Thomasum, cuius notius in
 orbe est nomen, quam ut, quis quantumque ille Vir sit, à nobis expōni opus judi-
 cemus. Colligimus autem id conjectura non diffīcili, partim ex stylo & dicen-
 di genere, ab eo, quo alias uti ipse solet, non diverso; partim quod, nomine Au-
 ctoris non expresso, hujus Observat. XII. tb. 63. ad Librum: *Aufzübung der Sit-
 ten-Lehre*; & seqvente Obs. XIII. tb. 15. ad jurisprudentiam Divinam provocat.
 Ita vero Scriptores, tacito suo nomine, propria sua opera allegate solent; quando
 alii aliorum Scripta citantes Auctorum corundem nomina apponunt. Quando-
 qvidem igitur, memoratos istos Libros Thomasum suum agnoscere Auctorem,
 constat, quis dubitaverit, ab eodem etiam ingenio hanc profectas Observationes
 esse? Maxime hanc nostram conjecturam confirmat Liber Thomasianus, cui Ti-
 tulus: *Versuch vom Wesen des Geistes*, cuius Caput VII. circa finem easdem pla-
 nè cum hac Observatione, ceu cuilibet hæc Scripta inter se collaturo manifestum
 sit, continet hypotheses, quid? quod ipsa hæc thesis: *Homo Regenitus & Ir-*
regenitus specie differunt; ad tb. 194. n. (a) ibidem reperiatur. Cete-
 rum, indicanda hæc duximus, ne injuriam Auctori Observationis fecisse videamur,
 hypotheses eidem assingendo, à quibus mens ejus aliena sit: ex vero in modo di-
 sto germanico Scripto apertius proposita comparent, ex quo itaque Observatio
 illa ulterius illustranda & explicanda erit. Et quamquam ex Observatione has
 primam scriptio[n]is hujus nacti occasionem fuerimus, haud tamen ad eam solam
 respiciemus in tractatione nostrâ, quin & Fanaticorum sententiae, cui velut pri-
 mo fundamento thesis à nobis oppugnanda innititur, de substantiali hominis
 per Regenerationem mutatione, examen simul sit instituendum. Ordo nobis ob-
 servabitur seqvens, ut per quatuor capita tractatio hæc distribuatur, quorum
 Primum οὐαστὸς ἀνασκευασμὸν sedem & momentum hujus Problematis indi-
 cabit. Alterum οὐαστὸς ἀνασκευασμὸν controversiae statum formabit. Tertium
 οὐαστὸς negativam sententiam ut veram probabit. Ultimum
 οὐαστὸς affirmativa fundamenta evertet. Te vero, Humanissime Le-
 tor! rogamus etiam atque etiam, ut, si quæ fortè talia occurrerent, quæ melius
 dicenda Tibi videbuntur, tua humanitas humanitati nostræ condonare velit. Non
 enim unius omnia omnibus placere, cogitabis. DEUS interim nobis Spiritus
 sui S. gratiam, propositoq[ue] nostro cœlestem largiatur
 benedictionem!

CAP.